HIERONYMUS
um 836/859 Seite 109r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

qui inter prædatur multus poculo. Inebriatus
enim de aureo calice babilonis. & idcirco
quæ sua erant ingerebat populo dnm con
fitente. hic uero exprobatur pharaoni qd
fuerit domui israel uirga siue baculus harun
dineus uanus eis & fragile. & cito cominuendus
auxilius repromittens. Ut autem scire ualeamus
quisit baculus harundineus sup quo domus
israel confidere non debeat. ex contrario baculo
& uirga dni intellegere poterimus. de qua
ad dnm dicitur. uirga tua & baculus tuus ipsa
me consolata sunt. hanc uirgam habuit &a
aron quæ dracones aegyptios deuorauit.
& quando percussit aggeres nili. et scnipes (semiphes) in to
ta aegypto generatæ sunt. Moses quoq; iuxta
septuaginta extendit hanc uirgam & leua
uit in caelum. & dns indux uentum austrum sup
terram. toto illo die & tota nocte. & mane le
uauit uentus. & adduxit locustas sup omnem
terram aegypti. de hac puto uirga scribi & in
numerorum libro quod floruerit. & in nuce
siue amygdala germinarit. hanc habebit